

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira ad  
cum fontibus primis

Plus semper ira in uindicta exigit, quam iniuria accipit.

Quia enim  
plus semper ira in uindictam exigit quam iniuria accepit, dum discunt mala non multiplicius reddere, quandoque discerent ea et multiplicata sponte tolerare.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 28, 18 (CCSL 143, M. Adriaen ed., p.1428, ll.117-120).

Ira cum delinquencium culpas insequitur, non debet menti quasi domina preire, sed post racionis tergum quasi ancilla famulari.

Gregorius in moralibus.

Ira quippe, etiam cum delinquentium culpas exsequitur, non debet menti quasi domina praeire sed post rationis tergum uelut ancilla famulari, ut ad faciem iussa ueniat.

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*, 9, 229 (CCSL 140A, D. Norberg ed., p.809, ll.112-114).